## В. Гуссаковский.


# Новые и мало известные виды родов Ammophila Kby. и Sphex L. (Hymenoptera, Sphecidae).


## V. Gussakovskij.


# Species novae vel parum cognitae generum Ammophila Kby. et Sphex L. (Hymenoptera. Sphecidae).

### Ammophila (Eremochares) caspica, sp. n.

Submagna, *A. turanicae* F. Mor. (nec Kohl)[1] haud dissimilis, sed minor et sculptura thoracis valde divergens.

Femina. Nigra; parte inferiore clypei, mandibulis, scapo tegulisque testaceis, abdomine, petiolo lineaque dorsali tergiti 1-i nigris exceptis, rufo, pedibus rufis, coxis nigris, femoribus posticis superne nigro-lineatis, tibiis posticis apice nigro-maculatis, tarsis posticis nigricantibus. Facie, pronoto, mesonoto antice et in lateribus, mesopleuris et segmento mediano, area dorsali excepta, tomento adpresso argenteo obtectis, et insuper sat dense albo-pilosis, vertice, temporibus et mesosterno tantum pilosis, pubescentia adpressa nulla. Clypeo antice sat late truncato-rotundato, utrinque sinuato, facie orbitis internis introrsum vix convergentibus; vertice nitido, parce punctato. Pronoto collare transverso, antrorsum rotundato-declivi, sculptura sub pube invisibili; mesonoto dimidio anteriore transverse, suboblique rugoso-striato, postice et in medio polito, punctis nonnullis fortioribus notato, scutello disco laevi, impressione mediana nulla, segmento mediano dense tenuiterque oblique rugoso-striato, in lateribus, ut etiam in mesopleuris, sculptura irregulari et sub pube invisibili; mesosterno transverse-rugoso, insuper punctato, in medio marginis antici tuberculo obtuso, antrorsum prominente praedito; coxis anticis intus denticulatis. Tarsis anticis pectinatis, metatarso externe ciliis 8 armato; tibiis intermediis, ut in speciebus omnibus subgeneris *Eremochares*, calcare tantum unico armatis, unguiculis denticulo armatis, etiam angulo basali fere dentiformi. L. 21—22 *mm*.

Mas. Corpore magis nigro-variegato, clypeo nigro, tibiis posticis apice nigro-lineatis, tarsis omnibus nigricantibus. Abdomine rufo, marginibus segmentorum tenuiter decoloratis, petiolo, strigis dorsalibus in tergitis 1-o et 3-o,

[1] De synonymia *A. turanicae* F. Mor. vide: V. Gussakovskij, Изв. Высш. Курс. Прикл. Зоол., 1928.

macula oblonga rhombica in 2-o, macula magna transversa in 4-o et segmentis sequentibus, marginibus decoloratis exceptis, nigris. Corporis pubescentia ut in femina, sed etiam mesosterno, parteque maxima mesonoti pube argentea tectis, pilositate erecta albida in partibus omnibus multo densiore. Facie angusta, orbitis inferne distinctissime convergentibus, ad clypei marginem longitudine antennarum articulis 2-i et 3-i conjunctis distantibus. Clypeo antrorsum producto et angustato, margine antico in medio rotundato; disco longitudinaliter elevato, quasi carinulato. Vertice et temporibus densius punctatis et pilosis; mesonoto multo subtilius quam in femina, sed fere toto rugoso-striato, solum postice in medio sublaevi. Mesosterno sub pube obsolete rugoso, antice tuberculato-prominente, ut in femina; coxis anticis intus denticulatis. Antennis omnino nigris, alis, ut in femina, hyalinis, vena recurrente 2-a plerumque interstitiali. L. 16—17 *mm.*

Habitat in Transcaspia.

Этот вид является представителем, очевидно, весьма немногочисленной группы видов подрода *Eremochares* G r i b o d o, характеризующейся лишь слегка сближающимися книзу внутренними орбитами у самки и лишь тупым бугром, а не коническим выступом, как у *A. dives* B r u l l é, *A. kohli* G u s s. (*turanica* K o h l, nec F. M o r.) и *A. mirabilis* G u s s., по средине переднего края среднегруди. От известного до сих пор вида этой группы, *A. turanica* F. M o r. *A. caspica* отличается меньшей величиной, самка — поперечно-морщинистой в передней части и по бокам среднеспинкой, самец — черным рисунком тергитов и другими признаками. Большее сходство она имеет с ниже описываемым видом *A. macularis*, sp. n., отличия которого приведены подробно в его описании.

Закаспийская область: Копет-Даг, Фирюза, 17.V.1928, ♂; Красноводск, 13.VI.1928, ♂ и ♀; 15.VI.1920, ♀; 16.VI.1928, ♀ (В. Г у с с а к о в с к и й). Типы и коллекции Зоологического Музея Академии Наук.

## Ammophila (Eremochares) macularis, sp. n.

Praecedenti similis, sed coloratione, feminae facie angustiore, clypeo antrorsum magis angustato, apice rotundato, mesosterno pube obtecto, maris coxis anticis haud dentatis differt.

F e m i n a. Nigra; mandibulis, clypeo toto tegulisque testaceis, antennis scapo, pedicello et articulo 3-o subtus rufis, pedibus rufis, coxis argenteo-tomentosis, pedibus posticis femoribus nigro-lineatis, tibiis ipsa apice nigro-maculatis, tarsis nigricantibus. Abdomine rufo, petiolo, striga dorsali tergiti 1-i, macula rhombica in tergito 2-o, maculis oblongis parvis in 3-o et 4-o et transversa in 5-o nigris. Alis hyalinis, vena recurrente 2-a interstitiali, rarius postfurcali. Facie, temporibus et thorace, disco mesonoti areaque dorsali segmenti mediani exceptis pube argentea adpressa dense obtectis, sed pilositate erecta fere nulla, solum temporibus postice pilis longis albis marginatis. Orbitis anticis introrsum distinctissime convergentibus, ad marginem clypei vix plus quam longitudine articuli 2-i et 3-i antennarum inter se distantibus; clypeo antrorsum sinuato-angustato, apice rotundato et evidenter angustiore quam in *A. caspica*. Pronoto ut in praecedente, mesonoto antice crasse, sed disperse oblique rugoso-striato, disco laevi, medio longitudinaliter subimpresso, scutello laevi, sulco mediano distincte notato. Segmento mediano area dorsali regulariter oblique rugose striata. Mesosterno antice tuberculato-prominente, sculptura subtili et sub pube invisibili; coxis anticis intus denticulatis, tibiis

intermediis unicalcaratis, unguiculis pectineque tarsali ut in praecedente. L. 19,5—21 *mm.*

Mas. Corpore sat dense albido-piloso, clypeo basi nigro, antennis nigris, scapo antice pallide-maculato; pedibus coxis tarsisque nigricantibus, solum tarsis anticis basi rufis. Abdomine marginibus segmentorum anguste decoloratis, tergitis superne late nigro-maculatis: 1-o solum lateribus rufis, 2-o — 4-o maculis magnis nigris, sequentibus omnino nigris. Clypeo antrorsum angustato et producto, medio longitudinaliter subelevato, quasi carinulato, apice rotundato, orbitis anticis ad marginem clypei solum longitudine antennarum articuli 3-i inter se distantibus. Pronoto sub pube irregulariter disperse punctato, mesonoto toto crasse oblique rugoso-striato, ipso disco rugositate subobsoleta, postice, cum scutello impressione longitudinali notato. Mesosterno ut in femina, sed coxis posticis intus haud dentatis. L. 20 *mm.*

Habitat in Transcaspia.

*A. macularis* стоит очень близко к предыдущему виду, но легко отличается от него помимо окраски многими существенными признаками. Орбиты глаз по направлению книзу у обоих полов заметно более сближаются, наличник ♀ вперед много более сужен и на вершине округлен; морщинистость среднеспинки крупнее и резче, особенно у ♂, но зато у ♀ занимает меньшее пространство, оставляя всю средину среднеспинки гладкой; характерны также присутствие продольного вдавления на щитке а у ♂ не расширенные в зубец на внутренней стороне тазики передних ног.

Закаспийская область: Красноводск, 13.VI.1928, ♀; 15.VI.1928, ♂ и ♀. (В. Гуссаковский). Типы в коллекции Зоологического Музея Академии Наук.

## **Ammophila (Eremochares) ferghanica**, sp. n.

Mas. *A. diviti* Brullé similis, sed major, abdomine magis rufo-variegato, orbitis anticis introrsum minus convergentibus et ocellorum dispositione alia differens. Niger; facie argenteo-tomentosa, vertice, temporibus, thorace et segmento mediano dense albido-pilosis, abdominis tergito 1-o, segmento 2-o toto, 3-o margine apicali excepto, rufis; pedibus omnino nigris. Orbitis internis subtus, ad marginem clypei evidenter plus quam longitudine antennarum articuli 3-i inter se distantibus; clypeo antrorsum sinuato-angustato, convexo, margine antico arcuato, vix depresso. Ocellis posticis inter se vix plus quam ab oculorum margine remotis. Fronte coriacea et punctis fortioribus sat dense obsita, thorace sculptura simili, sed punctis multo fortioribus et densioribus. Segmento mediano coriaceo, lateribus areae dorsalis denudatis, oblique rugoso-striatis. Mesosterno antice in medio tuberculo conico armato, ut in *A. divite* Br., coxis anticis intus obtuse angulato-dilatatis, unguiculis denticulo armatis; tibiis intermediis calcare apicali tantum uno armatis. Alis hyalinis, venis fuscis, ut in *A. divite* Brullé dispositis. L. 24 *mm.*

Femina ignota.

Habitat in Ferghana.

*A. ferghanica*, sp. n., стоит близко к *A. dives* Brullé, но помимо большей величины и большего развития красного рисунка на брюшке легко отличается заметно меньшим сближением внутренних орбит по направлению книзу (наименьшее расстояние между глазами у *A. dives* Br. равно, у *A. ferghanica*, sp. n., заметно длиннее 3-го членика усиков), расположением глазков (у ♂ *A. dives* Br. задние глазки отстоят друг от друга много

дальше чем от края глаз) и угловато расширенными на задней стороне тазиками передних ног. От других видов этой группы: *A. kohli* Guss. (*turanica* Kohl, nec F. Morawitz) и *A. mirabilis* Guss. новый вид легко отличается по сплошной черной окраске ног и почти полному (за исключением лица) отсутствию серебристого прижатого пушка на голове и туловище.

Фергана, Кара-Янтак, 12.V.1892, 1 ♂ (К. Ангер). Тип в коллекции проф. А. В. Шестакова (Ярославль), любезно передавшего мне этот вид для описания.

## Ammophila (Argyrammophila) argentina, sp. n. [1]

Species parva et gracilis, *A. indutae* Kohl similis, sed lateribus areae dorsalis segmenti mediani haud denudatis, mesonoto sulco mediano obsoleto differens.

Femina. Corpore rufo, mesonoto, vel etiam capite et thorace fere totis et abdominis petiolo nigris; capite thoraceque cum pedibus pube argentea adpressa densissime obtectis, sculptura et coloratione parum visibilibus. Capite retrorsum minus angustato quam in *A. induta* Kohl, temporibus superne sat convexis, introrsum valde angustatis et postice pilis albis longis marginatis; clypeo basi gibboso-convexo, antice truncato, angulis late rotundatis, et in medio excisura parva instructo; orbitis internis subparallelis. Pronoto cum toto thorace sculptura fortiore destituto, collare elongato, latitudine sua ad marginem posticum vix breviore; mesonoto disco elevato, elevatione utrinque linea impressa distincte limitata, medio subobsolete sulcato. Segmento mediano toto pube obtecto, marginibus areae dorsalis haud denudatis. Mesosterno antice simpliciter rotundato, haud tuberculato, coxis anticis elongatis, inermibus; tarsis anticis pectine denso et longo, ex ciliis albis tenuibus composito, instructis, etiam trochanteribus anticis subtus, femoribus tibiisque anticis utrinque longe albo-ciliatis. Tibiis intermediis, ut in subgeneris *Argyrammophilae* speciebus omnibus unicalcaratis; unguiculis simplicibus, alis hyalinis, venis testaceis, areola radiali apice sat late rotundata, areola cubitali 3-a parva. Antennis nigris, articulis duobus basalibus testaceis, 3-o quam 4-o sesqui longiore. L. 15 *mm*.

Mas. Feminae similis, sed minor et gracilior, capite thoraceque sub pube argentea nigris, abdominis sternito 1-o (petiolo) nigro, antennis solum scapo testaceo; clypeo testaceo, parte basali subgibboso-convexo, margin antico plane sinuato, angulis lateralibus rotundatis; capite post oculos magi angustato, sed temporibus multo magis convexis quam in mare *A. induta* Kohl, subtus valde angustatis et ad oculorum marginem inferiorem diametr antennarum flagelli angustioribus. Pronoto magis elongato, collare latitudin ad marginem posticum nonnihil longiore, mesonoto elevatione mediana ut in femina, sed sine sulco mediano distincto, mesosterno simplici, ut in femina; coxis anticis intus nec dentatis, nec angulato-dilatatis; antennarum articulo 3-o quam quartus sesqui longiore. Abdomine apice nonnihil obtuso, sed non tam dilatato quam in *A. lativalve* Guss.; tergito ultimo apice rotundato, sternito ultimo apice exciso. L. 11 *mm*.

Habitat in Transcaspia et Buchara.

---

[1] Descriptio subgeneris *Argyrammophila* vide in V. Gussakovskij, Изв. Высш. Курс. Прикл. Зоол., 1928.

Этот мелкий вид по строению среднегруди, не образующей бугровидного выступа по средине переднего края, и по не вооруженным зубчикам передних тазиков стоит близко к *A. induta* Kohl, от которой легко отличается сплошь опушенным промежуточным сегментом, менее резко суженной назад головой и неясной продольной бороздкой среднеспинки; по этим признакам *A. argentina*, sp. n., гораздо больше напоминает два других вида этого подрода—*A. dentigera* Guss. и *A. lativalvis* Guss., которые однако отличаются присутствием бугровидного выступа на среднегруди и строением передних тазиков.

Закаспийская обл.: Асхабад, VI. 1928, ♀ (В. Гуссаковский); Бухара, станция Каракуль, Ср.-Аз. жел. дор., 29.VI.1928, ♂ и ♀ (А. Герасимов).

Типы в коллекциях Зоологического Музея Академии Наук и Института Прикладной Зоологии.

## **Ammophila** (in sp.) **cellularis**, sp. n.

In alarum nervatione solum *A. campestri* Jur. accedens, sed coloratione pedum et sculptura certissime distinguenda.

Femina. Parva et sat robusta, nigra, facie et pleuris parum dense argenteo-tomentosis, tegulis, pedibus (coxis, tarsis et tibiis posticis nigris exceptis) obscure rufis, *abdomine obscure rufo, segmentis duobus ultimis infuscatis*. Capite, aspectu a fronte, transverso, orbitis anticis infra nonnihil convergentibus; clypeo leviter convexo, margine antico anguste depresso, fere aequaliter arcuato. Fronte coriacea, punctis dispersis, vix conspicuis obsita, vertice temporibusque magis nitidis. Pronoto collare transverso, antrorsum oblique declivi, superne in medio subimpresso, fere laevi, solum antice valde obsolete transverse striolato; mesonoto disco sublaevi, lateribus transverse, postice oblique rugoso-substriatis, insuper punctis nonnullis fortioribus obsito; scutello subtiliter longitudinaliter rugoso. Mesopleuris pleurisque segmenti mediani opacis, coriaceis; sutura episternali distinctissima, mesosterno normali, margine antico medio nec tuberculato, nec excavato, coxis anticis simplicibus. Segmento mediano area dorsali dense et subtiliter, suboblique rugoso-striata, ad apicem impressione mediana planiuscula notata. Abdomine petiolo tergito 1-o nonnihil longiore, segmentis apicalibus marginibus posticis decoloratis, piceis. Antennis nigris, articulo 3-o quam 4-us duplo longiore. Pedibus spinis nigris, unguiculis simplicibus. Alis leviter fumatis, areola cubitali 3-a petiolata, ut in *A. campestri* Jur. L. 13 *mm.*

Mas ignotus.

Habitat in Sibiria austro-occidentali.

По жилкованию крыльев (стебельчатая 3-я кубитальная ячейка) этот вид из всех известных палеарктических видов сходен лишь с *A. campestris* Jur., от которой помимо окраски ног, являющейся в этой группе видов очень константной, отличается более нежной скульптурой груди.

Юго-западная Сибирь: Павлодар, 10.VII.1928, ♀ (В. Белизин). Тип в коллекции Института Прикладной Зоологии в Ленинграде.

## **Ammophila** (in sp.) **rugicollis**, sp. n.

Habitu *A. sabulosae* L., sculptura thoracis *A. striatae* Mocs. similis, sed in ♀ mesonoto toto rugoso striato, clypeo angulis partis medialis haud dentiformibus, in ♂ antennis brevioribus differt.

Femina. Nigra; pedibus antennisque concoloribus, abdominis petiolo, tergito 1-o segmento 2-o toto, 3-o basi rufis, reliquis nigris, cyaneo resplendentibus; callis humeralibus, macula in mesopleuris, segmento mediano ad apicem et coxis posticis intermediisque argenteo-tomentosis; pilositate longiore corporis nigra, etiam temporibus postice pilis longis nigris marginatis. Clypeo parum convexo, disco punctis nonnullis crassis notato, antice fere aequaliter rotundato, ipso margine subdepresso et in medio vix emarginato. Fronte coriacea, medio linea subimpressa notata, vertice post ocellos convexo, temporibus subtus valde angustatis, ad oculorum marginem inferiorem diametro antennarum flagelli multo angustioribus. Pronoto collare transverso, toto dense et regulariter transverse rugoso-striato, superne linea mediana impressa notato, mesonoto sculptura simili, postice crassius et oblique rugoso-striato, medio obsolete longitudinaliter sulcato et antice in sulco carinula tenui instructo. Mesosterno configuratione normali, transverse-rugoso; mesopleuris sutura episternali distinctissima, sub alarum basi irregulariter rugosis; scutello longitudinaliter rugoso, medio subimpresso, segmento mediano area dorsali suboblique, dense et haud crasse rugoso-striato, pleuris irregulariter rugosis. Alis leviter fumatis, areola cubitali 3-a haud petiolata; pedibus nigro-spinulosis, unguiculis simplicibus. L. 21 *mm*.

Mas. Coloratione ut in femina, abdomine tergitis rufis, superne haud nigro-maculatis. Facie argenteo-pubescente, clypeo antrorsum producto, apice leviter sinuato, temporibus subtus fere nullis. Thoracis sculptura multo subtiliore quam in femina, sed pro- et mesonoto distincte transverse striatis; mesopleuris pleurisque segmenti mediani coriaceis, mesosterno haud dense transverse rugoso. Scutello longitudinaliter rugoso, segmento mediano area dorsali magis oblique et minus regulariter rugoso-striata. Abdominis petiolo tergito 1-o evidenter longiore. Antennarum articulo 3-o quam 4-us duplo longiore. L. 19,5 *mm*.

Habitat in Transcaucasia.

Этот вид, относящийся к группе *A. sabulosa* L., отличается от большинства близких видов резкой морщинисто-полосчатой скульптурой передне- и среднеспинки; в этом отношении он сходен лишь с *A. striata* Mocs. Самка этого последнего вида мне в натуре не известна; судя по описанию, она отличается от *A. rugicollis*, sp. n., острыми, зубовидно выдающимися боковыми углами средней части наличника и гладким диском среднеспинки. Самец, относимый мною к *A. striata* Mocs., описывается ниже подробно; наиболее резкие его отличия от *A. rugicollis* — черный рисунок на первых тергитах брюшка, большая длина 1-го тергита (он по длине равен стебельку) и большая длина усиков (4-ый членик лишь в 1,5 раза короче 3-го).

Закавказье: селение Карадонлы на Араксе, июль и август 1913. Типы в коллекции Института Прикладной Зоологии в Ленинграде.

### 7. **Ammophila** (in sp.) **striata** Mocs.

Mas, adhuc indescriptus. Niger; pedibus antennisque concoloribus, tergito 1-o et segmento 2-o abdominis rufis, superne nigro-lineatis, segmentis sequentibus nigris, cyaneo-resplendentibus; corpore parce pallide-piloso, temporibus longius fusco-pilosis, pubescentia argentea solum in facie et in callis humeralibus distincta. Fronte coriacea, insuper haud sparse crassius punctata, linea mediana impressa notata; pronoto collare transverso, sculptura ut in fronte, solum antice obsolete transverse rugoso-striata. Mesonoto toto distincte

transverse postice oblique rugoso-striato, insuper punctato; mesopleuris et mesosterno coriaceis, insuper subdense punctatis, rugositate transversa nulla. Scutello *longitudinaliter rugoso, segmento mediano fere toto irregulariter*, solum ad apicem areae dorsalis substriatim rugoso. Abdomine tergito 1-o tenui, petiolo aequilongo. Antennarum articulis flagelli longioribus quam in *A. rugicolli*, 4-o quam 3-us solum sesqui breviore. L. 19,5 *mm.*

Habitat in Sibiria orientali.

От самки, судя по описанию, самец отличается окраской брюшка, сплошь морщинисто-полосчатой среднеспинкой и неправильной скульптурой промежуточного сегмента, что лежит в пределах нормального диморфизма окраски и скульптурных признаков видов этого рода. Распространение этого вида *является почти совершенно невыясненным*: Mocsary, а за ним и Kohl как местонахождение указывают „Сибирь", не вдаваясь в дальнейшие подробности; отнесенный мною к этому виду самец происходит из Приморской области: село Шмаковка, VI—VII.1926 (К. Плятер-Плохоцкий). Тип в коллекции Института Прикладной Зоологии.

## Ammophila (in sp.) sareptana Kohl.

Femina, nondum descripta. Subparva, *A. apicali* Brullé similis, sed robustior, corpore uberius tomentoso, abdomine ut in mare albo-pruinoso, mesonoto postice et area dorsali segmenti mediani crassius striatis differt.

Nigra; pedibus antennisque concoloribus, tegulis rufo-testaceis, abdominis tergito 1-o, segmentis 2-o et 3-o, vel etiam 4-o in lateribus, rufis, sequentibus nigris, parum cyaneo-resplendentibus. Facie, callis humeralibus, mesopleuris, lateribus segmenti mediani et coxis argenteo- (in facie interdum flavescenti) tomentosis, vertice, pro- et mesonoto tomento minus denso, fuscescenticinereo tectis. Clypeo nonnihil convexo, margine antico vix arcuato, in medio vix subemarginato; capitis et thoracis sculptura subtiliore, sub pube parum visibili. Collare transverso, ut in mare, rugositate transversa nulla vel valde obsoleta; mesonoto dimidio basali obsolete transverse, dimidio apicali manifeste oblique rugoso-striato, scutello longitudinaliter rugoso; mesopleuris sutura episternali distinctissima, mesosterno transverse substriatim rugoso. Segmento mediano area dorsali evidenter crassius quam in *A. apicali* Brullé, parte basali oblique, ad apicem magis transverse rugoso-striata, lateribus irregulariter rugosis. Abdomine non tam dilatato quam in mare, sed parte distali evidentissime latiore quam in *A. apicali* Brullé, *A. sabulosa* L., etc. Pedibus spinis nigris, anticis femoribus et trochanteribus subtus serie ciliis longis nigris, antrorsum curvatis, praeditis. L. 16 *mm.*

Habitat in Rossia meridionali, Tauria et Heptapotamia.

♀ этого вида хотя и не имеет столь резких отличительных признаков как ♂, все же легко отличается от близких видов уже по очень сильному развитию опушения; особенно характерно сероватое опушение верха головы и груди и тончайший, но густой пушок на брюшке. Распространение этого вида, повидимому, редкого, довольно широко: Kohl описал его из Сарепты; у меня имеются экземпляры из Крыма: Салгирка близ Симферополя, 1 ♀, 12.VI.1924 (В. Н. Кузнецов); Замрук, западный берег Крыма, 1 ♂, 13.V.1924; из Предкавказья: Шарахалсун, Ставропольской губ., 1 ♀, 4.VI.1926 (В. Белизин); ст. Старогладковская, Терской обл., 1 ♂, 11.VII.1928 (К. Арнольди), и из Семиречья: окр. Алма-Ата, 1 ♂, 10.VII.1927 (М. Мальковский).

## **Ammophila** (in sp.) **tekkensis**, sp. n.

*A. gracillimae* Taschbg. simillima, sed pro- et mesonoto haud transverse rugoso-striatis (maximum rugis nonnullis, valde obsoletis notatis), in ♀ etiam clypeo et collare aliter configuratis, in ♂ antennarum articulo 3-o longiore certe distinguenda.

Femina. Nigra; mandibulis, apice excepto, scapo, parte inferiore clypei et tegulis testaceis, pedibus rufis, coxis nigricantibus, abdomine rufo, petiolo superne nigricante. Capite, thorace et segmento mediano dense (multo uberius *quam in A. gracillima), dilucide argenteo-tomentosis, temporibus insuper longe* albo-pilosis. Clypeo disco evidenter convexo (in *A. gracillima* plano), margine antico tota latitudine aequaliter arcuato et ante oculorum marginem inferiorem distinctissime prominente; capite post oculos magis angustato, temporibus minus convexis quam in *A. gracillima*. Pronoto collare elongato, antrorsum distinctissime angustato, antice haud declivi, sed recte truncato, truncatura superne in medio nonnihil sinuata et margine subelevato circumdata. Thorace toto subtiliter sculpturato, sculptura sub pube invisibili; in speciminibus detritis pronoto dense subtiliter transverse striato; mesonoto coriaceo et obsolete rugoso, striis fortioribus nullis; mesosterno ut in *A. gracillima*, scutello longitudinaliter rugoso, rugis sub pube haud bene visibilibus. Segmento mediano area dorsali (sub tomento) tenuiter, fere longitudinaliter striata. Caetera ut in *A. gracillima*. L. 16—19,5 *mm*.

Mas. Coloratione ut in ♀, sed interdum femoribus posticis superne, tarsis posticis apice, petiolo superne nigricantibus; abdominis segmentis apicalibus (5-o — 7-o) semper nigris. In sculptura feminae simillimus, sed pro- et mesonoto plerumque rugis nonnullis obsoletis transversis notatis. Clypeo antrorsum producto, disco plano, apice in medio late sinuato; temporibus post oculos minus convexis quam in *A. gracillima*. Collare latitudine aequilongo, margine antico simplici, subdeclivi. Antennarum scapo, e contrarie maris *A. gracillimae*, testaceo, superne nigro-notato, articulo 3-o quam 4-us sesqui tantum longiore. L. 15—18 *mm*.

Habitat in deserto Kara-Kum Transcaspiae.

Этот вид обнаружен мною при просмотре больших серий *A. gracillima* Taschbg. из Закаспийской области и Хивы, среди которых мне бросились в глаза несколько экземпляров, отличавшихся особенно ярким опушением, светлой окраской и отсутствием выступающих из-под пушка поперечных морщин на спинке груди. Точное сравнение деталей строения тела найденных экземпляров самок, а потом и выделение менее отличных на глаз, но зато обладающих резким признаком в строении усиков самцов, привело меня к убеждению, что эта форма представляет собой самостоятельный вид, вполне отличный от *A. gracillima*, хотя и стоящий к нему крайне близко. Отличительные признаки обоих полов даны подробно в описании.

Насколько позволяет судить мой материал, *A. tekkensis*, sp. n., имеет гораздо более ограниченный ареал обитания чем *A. gracillima*: мне известны экземпляры лишь из пределов песков Кара-Кум, от южных границ их под Асхабадом до северных отрогов под Хивой; вне пространств барханных песков этот вид мне нигде не попадался. Хива, окраины песков, 16.VI.1927, 2 ♀ и ♂; с. Рават близ Хивы, пески, 23.VI.1927, ♂; Асхабад, пески, 31.V.1925, ♂; 9.VII.1928, ♂ (В. Гуссаковский). Типы в коллекциях Зоологического Музея Академии Наук, котипы в Институте Прикладной Зоологии в Ленинграде.

### **Ammophila** (in sp.) **sinensis** Sickmann.

Mas, indescriptus: feminae similis, sed multo gracilior, collare magis elongato; *in statura marem A. occipitalis* F. Mor. et *A. elongatae* Fisch.-Wald. accedens, sed pedibus omnino nigris facile distinguendus.

Niger; pedibus antennisque concoloribus, tergito 1-o et segmentis duobus sequentibus abdominis rufis, haud nigro-variegatis, reliquis nigris, sine nitore *distincto metallico; facie et pleuris uberius quam in* ♀ *albo-pubescentibus.* temporibus longe albo-pilosis. Capite retrorsum fortiter rotundato-angustato, fronte coriacea, insuper disperse crassius punctata, medio profunde longitudinaliter impressa; clypeo antrorsum haud angustato, margine antico in medio late sinuato, *angulis lateralibus rotundatis. Pronoto collare magis elongato* quam in ♀, latitudine ad marginem posticum solum duplo breviore, antrorsum declivi, crasse transverse rugoso-striato, margine antico in medio haud exciso. Mesonoto minus crasse, antice subobsolete, postice magis oblique rugoso-striato, opaco; scutello rugis nonnullis crassis longitudinalibus notato. Mesopleuris coriaceis, insuper disperse crassius punctatis, sutura episternali obsoleta; mesosterno antice excavato, margine cavitatis medio exciso et utrinque angulatim prominente; coxis anticis intus *fortiter angulatim dilatatis,* in cavitate mesosternali incidentibus. Segmento mediano area dorsali medio irregulariter rugosa et parce argenteo-tomentosa, lateribus nudis, dense oblique striato-rugosis. Antennarum articulo 3-o quam 4-us duplo et dimidio longiore. L. 14—18 *mm.*

Habitat in China boreali, Transbaicalia, Sibiria austro-occidentali et etiam in Ciscaucasia.

♂ этого вида, до сих пор остававшийся неизвестным, по скульптуре, форме переднеспинки и строению среднегруди делает совершенно ясной принадлежность этого вида к группе *A. occipitalis* F. Mor., а не к группе *A. striata* Mocs. и других близких видов, куда F. Kohl отнес его по самке, руководствуясь, вероятно, малой длиной переднеспинки ♀ и окраской ног и не придав значения главному групповому признаку — строению среднегруди, хотя он и был им вполне точно описан в диагнозе. От близких видов *A. sinensis* Sickm. легко отличается: от *A. occipitalis* F. Mor. черной окраской ног, от *A. elongata* Fisch.-W., у которой красный цвет ног иногда почти сплошь вытесняется черным, — отсутствием вырезки в переднем крае валика переднеспинки и не отогнутым кверху краем затылка.

Имеющийся у меня материал по этому виду совершенно изменяет представление об ареале его распространения. До сих пор в литературе он приводился лишь из северного Китая (Sickmann, Kohl); в неизданном рукописном каталоге *Sphecidae* Kohl'я, находящемся в настоящее время в Зоологическом Музее Академии Наук, указывается нахождение этого вида в юго-западной Сибири (Семипалатинск), которое и дает мне право с уверенностью относить имеющиеся у меня экземпляры к этому виду; они происходят из следующих мест: Забайкалье, р. Чикой, Троицкосавского у., 20.VII, 2 ♂ (Михно); Семипалатинская губ.: Павлодар, 10.VII.1928, 3 ♀, 27.VII.1928, ♀; с. Федоровка, Павлодарского у., 26.VIII.1928, ♀ (В. Белизин); Предкавказье: с. Прасковея, Ставропольского окр., 13.VI.1914, 2 ♀.

### **Sphex** (in sp.) **melas**, sp. n.

Gracilis, *S. chrysoptero* Cam. et *S. oxiano* Guss. statura similis, sed corpore nigro-piloso alisque omnino nigris differt. Niger; pedibus, antennis et

alis concoloribus, solum mandibulis in medio rufis; corpore nigro-fusco-piloso., facie tomento adpresso in ♀ cinereo-fusco, in ♂ argenteo obtecta, insuper nigro-pilosa, orbitis internis introrsum nonnihil convergentibus, ut in *S. chrysoptero* Cam. Fronte linea mediana sat profunda notata, subtiliter punctulata, insuper punctis piliferis fortioribus sparsis obsita, vertice et mesonoto sculptura simili, sed subtiliore, multo magis nitidis; scutello haud bituberculato, sed linea mediana impressa distincta notato. Segmento mediano superne tenuiter dense transverse rugoso-striato, sulco stigmali (sulco longitudinali inter suturam basalem et stigma) bene expresso, lateribus coriaceis. Abdomine nigro unicolore, petiolo utroque in sexu longitudine tarsorum posticorum articuli 2-i aequali. Pedibus nigro-spinosis, unguiculis bidentatis. Alis nigris, areola cubitali 2-a subrhomboidea, latitudine nonnihil altiore.

Femina. Clypeo convexo, ipso margine apicali tenuiter depresso, disco nitido, lateribus tomento cinereo-fusco et insuper pilis nigris obtecto. Abdomine tergitis apicalibus punctis crassis sparse obsitis; antennis sat longis et gracilibus, tarsis anticis pectinatis, metatarso externe ciliis longis tenuibusque nigris cum spinulis brevioribus intermixtis 11 armato, intus spinis crassioribus, sat longis quattuor praedito. L. 24—25 *mm.*

Mas. Clypeo parteque inferiore frontis sub pilositate nigra tomento adpresso argenteo tectis, clypeo margine inferiore haud depresso, laevi. L. 18 *mm.*

Habitat in deserto Kara-Kum Transcaspiae.

Этот вид по сравнительно стройному телу, сближающимся вниз внутренним орбитам и по форме щитика близок из палеарктических видов к *S. chrysopterus* Cam. и *S. oxianus* Guss., но отличается от них сразу уже по окраске тела и крыльев. Судя по имеющимся у меня наблюдениям, это не только обитатель песчаной пустыни (как, напр., *S. nigropectinatus* Taschbg. и *S. niveatus* Duf.), ни в каких иных условиях не встречающийся, но вид, держащийся лишь в тех ее участках, где сохранилась кустарниковая растительность (*Salsola richteri* и *S. subaphylla*, саксаул, *Ammodendron* и другие); только этим я могу объяснить то, что этот вид, попадавшийся мне в большом количестве в Репетеке, более пока ни откуда не известен, в то время как огромное большинство характернейших песчаных форм проходит через весь массив Кара-Кумов от Асхабада до Хивы.

Описан по довольно многочисленным экземплярам, собранным мною с 22.VI по 1.VIII.1925 на ст. Репетек, преимущественно на цветущих *Salsola richteri* и *S. subaphylla*; едва ли не ежедневные даты сборов приводить нет надобности.

Типы в коллекции Зоологического Музея Академии Наук; котипы в коллекции проф. А. В. Шестакова (Ярославль) и Института Прикладной Зоологии в Ленинграде.

## **Sphex** (in sp.) **oxianus** Guss.

Femina, nondum descripta. Statura graciliore feminae *S. pruinosi* Germ. similis, sed pedibus omnino nigris et sculptura segmenti mediani alia facillime distinguenda. Nigra; corpore albido-piloso, facie pube argentea obtecto, clypeo insuper nigro-piloso; abdomine, petiolo nigro excepto, rufo, interdum etiam mesonoto dorsoque segmenti mediani obscure rufescentibus. Antennis gracilibus nigris, pedibus nigris, nigro-spinosis; alis hyalinis, margine externo late, sed leviter fumato. Quoad sculpturam mari similis; clypeo convexo, margine

antico rotundato, limbo depresso, tenui, circumdato, disco glabro et nitido. Mesonoto nitido, punctulato, insuper punctis parum crassioribus disperse obsito, scutello linea mediana impressa distincta notato, attamen non bituberculato. Segmento mediano suturis stigmalibus distinctis, dorso dense tenuiter transverse rugoso-striato, lateribus coriaceis. Abdominis petiolo tarsorum posticorum articulo 2-o aequilongo. Tarsis anticis pectinatis, metatarso extus ciliis longis 11, intus spinulis crassioribus, sed parum brevioribus 4 armato. L. 21—25 *mm.*

Habitat in Chiva, Transcaspia et Ferghana.

Систематическое положение этого вида и его отличия подробнее указаны мною в первоописании; ♀ по скульптуре совершенно сходна с ♂, хотя столь мало похожа на него по внешности из-за своего сплошь красного брюшка, что только совместные их нахождения убедили меня в принадлежности ее к тому же виду.

Область распространения *S. oxianus* Guss. сильно расширяется новыми местонахождениями: помимо низовьев Аму-Дарьи он известен мне из Красноводска, 13.VI.1928 (В. Гуссаковский), и Ферганы: Санто, 10.V.1925 (К. Ангер).

## **Sphex** (in sp.) **chrysopterus** Cameron.

Haec species tropica, in Africa orientali (Zanzibar) et India reperta, etiam in faunam palaearcticam pertineat, quia in Transcaspia et in Persia boreali ad limitem Transcaucasiae novissime lecta est.

Считаю необходимым отметить нахождение этого вида, известного, по Kohl'ю, из Занзибара и Индии, в нашей фауне; он известен мне из Закаспийской области: Мерв, 12.VI.1925 (В. Гуссаковский), и, что является уже совсем неожиданным, из северо-западной Персии у границы Закавказья: *селение Алтан, Унгют-Мугань*, 22.V.1927 (Запольский).

## **Sphex (Palmodes) pusillus**, sp. n.

Mas. Niger; corpore nigro-piloso, solum facie pube argentea obtecta; alis leviter fumatis, apicem versus fuscioribus. Clypeo margine antico fere arcuato, medio vix truncato, lateribus haud sinuatis; fronte coriacea, insuper punctis piliferis obsita, orbitis anticis inferne distinctissime convergentibus, ut in mare *S. melanarii* Mocs., i. e. multo distinctius quam in *S. occitanico* Lep. Vertice magis nitido, pronoto subnitido, punctis vel rugis fortioribus nullis; mesonoti sculptura valde characteristica: tota superficie subtiliter dense transverse rugoso-striata. Scutello obsolete longitudinaliter rugoso, linea mediana impressa notato; mesopleuris transverse rugosis, insuper punctatis, segmento mediano dense et regulariter transverse rugoso-striato. Abdominis petiolo tarsorum posticorum metatarso aequilongo; sternito ultimo subtriangulari, lateribus sinuatis, apice angusto. L. 12,5 *mm.*

Femina ignota.

Habitat in Transcaspia.

Этот мелкий вид легко отличается от других видов подрода *Palmodes* Kohl густо и нежно поперечно-полосчатой скульптурой среднеспинки.

Закаспийская область: Фирюза, 5.VI.1925 (В. Гуссаковский).

## ***Sphex (Palmodes) minor*** F. Mor.

Mas, nondum descriptus. Praecedenti statura parva similis, sed sternito ultimo aliter configurato et sculptura thoracis alia facile distinguendus.

Niger; abdomine, pedibus et antennis concoloribus, corpore nigro-piloso, solum facie (sub pilositate erecta nigra) argenteo-pubescente; clypei margine antico medio vix sinuato, lateribus plane, sed distincte sinuatis; orbitis internis, ut in praecedente, distincte convergentibus, fronte linea mediana tenui notata, densius quam in praecedente punctata et pilosa, vertice temporibusque magis nitidis, nigro-pilosis; mesonoto nitido, parce, in speciminibus minoribus subobsolete punctato, interstitiis parce obsolete subrugosis, rugis transversis distinctis nullis; pronoto nitido, sculptura fortiore nulla, mesopleuris dense et crasse irregulariter rugosis, ut in maribus *S. occitanici* et *S. melanarii* Mocs. Segmento mediano dense et regulariter transverse rugoso-striato. Abdominis petiolo tarsorum posticorum articulo 1-o aequilongo, sternito ultimo subquadrangulari, retrorsum nonnihil dilatato, apice truncato, angulis posticis rotundatis. Alis infuscatis, apicem versus fuscioribus. L. 12,5—18 *mm.*

♂ этого вида, остававшийся до сих пор не описанным, легко отличается от остальных известных мне видов скульптурой среднеспинки, а особенно характерной формой последнего стернита.

Описан по экземплярам из Туркмении: Красноводск, 20.V.1919 (М. Рябов); Фирюза, 4.VI.1925 (В. Гуссаковский).

Так как признаки, использованные Kohl'ем [1] в его монографии рода *Sphex* L. для определения самцов подрода *Palmodes* Kohl, крайне трудны и неудачны, считаю полезным дать здесь определительную таблицу для самцов известных мне палеарктических видов этого подрода, построенную на совершенно не использованном признаке: форме последнего стернита, являющемся зараз и достаточно стойким, и удобным, ибо он не требует даже сильного увеличения и вполне видим в 16—20-кратную лупу.

## *TABULA DIAGNOSTICA MARIUM SUBGENERIS PALMODES KOHL.*

1 (4). Sternitum ultimum subtriangulare, retrorsum valde sinuato-angustatum, apice angusto, subacuminato.

2 (3). Corpus pallide pilosum, facie et ex parte etiam pronoto argenteo-tomentosis. Mesonotum opacum densissime rugosiuscule-punctatum, insuper parce transverse rugosum. Abdominis petiolus metatarso postico aequilongus. L. 15—20 *mm.*

**S. melanarius** Mocs. [2]

3 (2). Corpus nigro-pilosum, solum facie argenteo-pubescente. Mesonotum nitidum, dense et regulariter, subtiliter transverse rugoso-striatum. Abdominis petiolus metatarso postico aequilongus. L. 12,5 *mm.*

**S. pusillus**, sp. n.

4 (1). Sternitum ultimum retrorsum haud angustatum, apice plerumque emarginato, rarius truncato.

5 (6). Sternitum ultimum apice semicirculariter exciso, angulis posticis acutis, spiniformibus. Clypeus margine antico truncato, angulis lateralibus rotundatis. Corpus pallide pilosum, facie et thorace ex parte argenteo-pubescentibus, tergito 1-o fascia apicali lata, argenteo-pubescente, ornato. Mesonotum dense punctatum, rugis fortioribus nullis. L. 15—25 *mm.*

**S. argyrius** Brullé.

---

[1] Ann. Naturhist. Hofmus. Wien, 1890.

[2] Самкой этого вида является позднее описанный *S. anatolicus* Kohl.

6 (5). Sternitum ultimum apice leviter emarginato, interdum fere rotundato vel truncato. Clypeus margine antico utrinque sinuato, corpus solum in facie pube argenteo ornatum.

7 (10). Pro- et mesonotum dense rugosiuscule punctata, opaca. Sternitum ultimum lateribus rotundatis, rarius rectis, parallelis, apice leviter emarginato.

8 (9). Mesopleurae coriaceae, insuper obsolete crassius rugulosae. Abdomen tergito 1-o semper ex parte rufo. Species minor, 14 — 17 *mm*.

**S. strigulosus** Costa.

9 (8). Mesopleurae crasse irregulariter rugosae. Abdomen plerumque omnino nigrum, rarius tergito 1-o ex parte rufo. Species major, 16 — 25 *mm*.

**S. occitanicus** Lep.

10 (7). Pro- et mesonotum nitida, punctis haud crassis disperse obsita, in speciminibus minoribus obsolete punctata, fere laevia. Sternitum ultimum quadrangulare, lateribus rectis, retrorsum nonnihill dilatatum, apice truncatum. Mesopleurae crasse irregulariter rugosae. Corpus omnino nigrum. L. 12 — 18 *mm*.

**S. minor** F. Mor.